



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1868

De S. Ethelburga Vagine Abbatisa Berchingensi in Anglia Commentarius
Prævius Sanctæ memoria in Martyrologiis: cultus: in constructo a S.
Erconwaldo monasterio fit abbatissa: ipsius obitus tempus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71246)

DE S. ETHELBURGA VIRGINE

ABBATISSA BERCHINGENSI IN ANGLIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Sanctæ memoria in Martyrologiis : cultus : in constructo a S. Erconwaldo monasterio fit abbatissa : ipsius obitus tempus.

SENESCENTE SE-
CULO VII.
De Sancta, quæ
in Mrll. hic
memoratis in-
scribitur,

Berchingum, Bedæ Berecing dictum, aliis Birchingum, vulgo autem Barking, in Orientalium Saxonum, sive Essexiensi provincia, prope Tamesim fluvium, octo infra Londinum milliariibus, teste Malmesburiensi, illustre olim fuisse monasterium, a S. Erconwaldo, Londinensi episcopo, priusquam dictam cathedram conscenderet, in gratiam S. Ethelburgæ, sororis suæ, constructum, Majores nostri jam in Opere nostro ad diem xxvi Januarii, in Commentario ad S. Toritgidæ Acta, scripserunt. Hujus cœnobii primam cum Abbatissæ dignitate præsidem S. Ethelburgam, quam quidam Edilburgam, alii Athelburgam vocant, hoc die pauci, iique recentiores martyrologi commemorant, ac in primis Molanus his verbis: In Anglia S. Ethelburgæ, virginis et abbatissæ. Quibus etiam verbis eam Grevenus annuntiat. Bellinus Sanctam his verbis celebrat: S. Athelburgæ virginis et abbatissæ. Plura de ipsa Menardus in Martyrologio SS. Ordinis S. Benedicti sic refert: In Anglia sanctæ Edilburgæ, sororis sancti Erconwaldi, Londinensis episcopi, quæ multis virtutibus et signis refulsit. Wilsonius in Martyrologio Anglicano sequenti elogio, Latine hic a meredito, Sanctam exornat: xi Octobris in oppido Barking in Essexiensi provincia Depositio S. Edilburgæ abbatissæ, sororis S. Erconwaldi, Londinensis episcopi, qui in monasterio, in dicto oppido Barking, prope Tamesim fluvium, a se constructo, ipsam præfecerat, ubi ipsa in omni sanctitate et monasticæ disciplinæ amore animam cœlesti Sponso anno Christi sexcentesimo septuagesimo sexto reddidit.

culque ec-
clesiastico gau-
det,

2 Verum, cum modo memorata Martyrologia, quibus Ethelburga exstat inscripta, sint admodum, ut diximus, recentia, adeoque ad ecclesiasticum ejus cultum probandum, haud sufficientia, necesse est, ut, priusquam de quibusdam ad Sanctam nostram spectantibus sermonem habeamus, lectori aliunde probemus, Ethelburgam cultu ecclesiastico jam a longissimo tempore fuisse gavisam, ipsique proinde locum in Opere nostro esse tribuendum. In primis S. Ethelbergæ nomen exhibet Missale Anglicanum cœnobii Gemmeticensis, annis ab hinc septingentis scriptum: deinde Sanctam nostram in ecclesia Berchingensi cultu ecclesiastico usque ad religioni infesta Henrici VIII, Anglorum regis, tempora honoratam fuisse, certos nos facit ipsius Officium, duodecim Lectiones proprias complectens, quas quotannis xi Octobris die in S. Ethelburgæ honorem

dictæ abbatissæ sanctimoniales recitare solebant. Illud Officium, quod ex pervetusto, ut præfert, codice Ms. Bibliothecæ Coltonianæ sub Olthonis effigie Londini excerptum, ad Majores nostros anno 1678 dominus Dugdall transmisit, cum nihil præter ea, quæ huic Commentario subjiciemus, contineat, huc transcribere operæ pretium haud duæi. Hæc cum sufficienter evincant, Sanctam nostram a longissimo tempore honores, Sanctis deferris solitos, in dicta ecclesia fuisse adeptam, ipsi in Opere nostro locum tribuendum esse, censuimus.

3 Varii S. Ethelburgæ præcipuas res gestas posteritati tradiderunt scriptores, quos inter huc usque notos primum locum tenet venerabilis Beda, qui Ecclesiasticæ Gentis Anglorum Historiæ libro 4, cap. 6 de ipsius præclaris factis sermonem instituturus, hoc breve sanctæ elogium præmittit: Edilburga, suscepto regimine monasterii, condignam se in omnibus episcopo fratre et ipsa recte vivendo et subjectis regulariter ac pie consulendo præbuit, ut etiam cœlestia indicio fuere miracula. Deinde capite sequenti monumenta, e quibus, quæ narrat, hauserit, his verbis indicat: In hoc etenim monasterio plura virtutum, tempore Edilburgæ, sunt signa patrata, quæ ad memoriam ædificationemque sequentium ab his, qui novere, descripta habentur a multis. E quibus et nos aliqua historiæ nostræ ecclesiasticæ inserere curavimus. Joannes Capgravius in Nova Sanctorum Angliæ Legenda Sanctæ nostræ Acta quibusdam, quæ apud Bedam haud reperiuntur, aucta edidit. Ex hisce fontibus præcipua seligentes, S. Ethelburgæ elogium Maihevus et Bucelinus concinnarunt, quorum lucubrationes cum ea tantum, quæ apud Bedam et Capgravius habentur, complectantur, lectori ob oculos ponere, necesse haud existimamus. Quæ modo a Capgravio edita Sanctæ Acta diximus, infra reculemus, lectoremque de adjunctis, apud Bedam desideratis, quæ, aliunde hausta, in Actis apud Capgravius narrantur, in Annotatis monebimus.

4 Etsi pro monumentorum penuria annum, quo S. Ethelburga prima cum Abbatissæ dignitate Berchingense monasterium rexit, sive quo dictum cœnobium S. Erconwaldus construxerit, pro certo determinare non possimus; tempus tamen, quo circiter id contigerit, antiqua de Chertseyensis monasterii, a dicto Sancto etiam conditi, fundatione monumenta, in Monastico

monasterii Ber-
chingensis, ab
Erconwaldo
fundati, regi-
men circa an-
num 666 sus-
cepisse, autu-
mant.

A *nastico Anglicano recensita, indicare videntur; in quibus ante foundationis tabulas sequens Prologus præmittitur: Anno ab Incarnatione Domini DCXXVI, regnante glorioso rege Anglorum Egberto, fundata est domus Certes a Frithwaldo, et venerando patre Erkenwaldo, cujus vita et conversatio legitur tam fuisse sanctissima, ut in interiore homine divitias gloriæ cælestis perscrutans, caduca et secularia cuncta postponeret. Habebat autem germanam, Ethelburgam nomine, quam ita disciplinis cælestibus inflammaverat, ut ipsa Virgo et vita, et moribus, et conversatione sanctissima Deo per omnia placere satageret. Renuntiatis itaque pompis secularibus, gloriæ cælestis amore terrenam dignitatem et ampla patrimonia in divinam et ecclesiasticam hereditatem transtulere. Unde unico affectu amborum ipse inclytus frater, scilicet Erkenwaldus, ante pontificium suum (id est, ante annum 675, quo Londinensem sedem occupavit) primitivus conditor emicuit duorum illustrium cænobiorum; et utrumque, suum videlicet ac sororis, divina familia et rerum copia, ac regulari stabilivit disciplina. Suum in regione Surregiæ super flumen Thamise, in loco, qui dicitur Certeseya, id est, Cirotis insula, celeberrime adhuc floret suis plantationibus; ubi ipse pater monachorum conversatione sanctissima præluxit primus. Ethelburgæ vero in Orientalium Saxonum provincia, in loco, qui appellatur Berkinga: in quo et ipsa benignissima Parens sacro contubernio virginum præfuit prima, et uterque monasterialium animarum primitias obtulerunt ad sidera. Ex his enim conjectare licet, Berchingense monasterium eodem circiter tempore, quo Chertseyense a S. Erconvaldo fuisse fundatum, proindeque S. Ethelburgam circa annum 666 in dicto cænobio Abbatissæ dignitate fuisse condecoratam. Estque hæc etiam communis Rerum Anglicarum scriptorum opinio.*

Ipsius obitus
tempus.

5 Auctorem S. Ethelburgæ auctor, de quo jam dicimus, apud Capgravius, Harpsfeldius in Angliæ Historia, Alfordus in suis Annalibus, et Wilsonius in supra citata Martyrologii Anglicani annuntiatione, ipsam circa Incarnati Verbi annum 676 ex hac vita migrasse, unanimi consensu scribunt. At, si cum laudatis Harpsfeldio et Alfordo Berchingense cænobium circa annum 666 erectum fuisse dicamus, Sanctæ nostræ ex hoc mundo ad æterna gaudia transitus serius, quam circa annum 676, ut hi omnes scriptores tradunt, collocandus videtur, ex eo quod Beda cit. supra libri cap. 9 Sanctam nostram per multos annos dicto monasterio præfuisse satis insinuet; idque legenti fiet manifestum: Cum autem, inquit venerabilis auctor, et ipsa mater pia Deo devota congregationis Edilburgæ esset rapienda de mundo, apparuit visio miranda cuidam de sororibus, cui nomen erat Toregid, quæ multis jam annis in eodem monasterio commorata et ipsa semper in omni humilitate Deo servire sategebat, et adjuvans disciplinam regularis eidem matri existere, minores docendo vel castigando curabat. Cujus ut virtus juxta Apostolum in infirmitate perfeiceretur, tacta est repente gravissimo corporis morbo et per annos novem pia Redemptoris nostri provisione multum fatigata; videlicet ut quicquid in ea vitii sordidantis inter virtutes per ignorantiam vel incu-

riam diutine resedisset, totum hoc caminus diutinæ tribulationis excoqueret. Et quibusdam interjectis, dictam Toregid tribus tantum annis S. Ethelburgæ supervivisse sic refert: Cum vero præfata Christi famula Toregid tres adhuc annos post obitum Domine (Ethelburgæ) in hac vita teneretur.... transacta una die ac nocte, soluta carnis simul et infirmitatis vinculis, ad æterna gaudia salutis intravit. Cum vero dicta Toregid multis annis S. Ethelburgæ in dicti cænobii regimine inservierit, ac deinde per sex annos Sancta nostra etiam superstite, gravi morbo fuerit afflicta, lector facile perspiciet, hæc omnia decem circiter annorum spatio, scilicet ab anno 666, quo circiter Berchingense cænobium conditum fuisse jam dicimus, usque ad annum 676 Sanctæ, ut laudati supra scriptores ferunt, emortualem, contingere haud potuisse. Quæ cum ita sint, serius Sanctæ nostræ mortis epocha erit differenda, vel dicti monasterii erectioni aliud tempus assignandum. At laudati Harpsfeldius et Alfordus aliique citati scriptores, ut jam dicimus, Berchingensis monasterii a S. Erconvaldo eodem circiter tempore, quo ab ipso Chertseyense fuit conditum, fundamenta posita fuisse scribunt, nec unum post diligentem inquisitionem, qui ipsis in hoc capite refragatur, scriptorem reperire potui. Proinde non anno 676, sed multo serius Sanctam nostram ad cælestia migrasse erit dicendum, cumque annum, quo obierit, pro certo determinare in promptu nobis haud sit, ipsam senescente sec. VII ad æterna gaudia transisse, erit statuendum.

ACTA

Ex Joanne Capgravio.

CAPUT UNICUM.

Illustre Sanctæ genus, et patria,
qua relicta, in constructo a S.
Erconvaldo fratre cænobio ab-
batissa constituitur: ipsius obi-
tus tempus cuidam sanctimoniali
revelatum. Quædam post mortem
miracula.

Sancta Ethelburga in provincia Lindeseiæ a Sin villa de Stalingtona originem duxit, cujus pater nomine Offa b, nondum in Christo renatus, per Filiam suam ad fidem Christi converti meruit. Hæc enim Virgo sancta a primæva ætate carnis delicias et sæculi blandimenta abhorrens non levitati, non joco dedita fuit. Ejus studio hostis antiquus invidens patrem ejus

Sancta, in
Lindeseiæ pro-
vincia rege
Offa prognata,
a
b

Ex J. Carca-
vio.

ejus Offam adhuc incredulum contra illam incitavit in furem, ut de patre sevissimus fieret persecutor. Puella vero sancta capellam, in qua baptizata fuerat, secretius saepe intrans crebris suspiriis et afflictionibus Deum invocare studuit; ut suam castitatem carnali corruptela violari non permitteret. Via, quam pedes Virginis venerandæ in tam sancto proposito eundo et redeundo calcarunt, nunquam marcescens in colore viridi, ut fertur, semper perseverat.

patrem fugit,
et Berchingen-
si.

2 Crescente autem ætate, cum pater copulæ carnali eam tradere vellet, penitus renuit: ut pote quæ a pueritia Sponsum Jesum Christum sibi ex corde elegerat. Et parentum non sustinens molestias, unius ancillæ comitatu contenta, patriam relinquere cogitavit *c*. Arrepto autem itinere, ancilla tam gravi siti subito est afflicta, quod nisi citius adiutorium adesset, mortem sibi vicinam non dubitaret. Hoc graviter ferens Ethelburga, flexis genibus omnium Creatorem exoravit, quatenus siti ancillæ suæ subveniret. Nec mora, fons de terra erumpens sitim ancillæ extinxit, et usquæ hodie manare non desinit. Contigit illas tempore messis in domo mediocri hospitio recipi, et post refectioem hospita cum sua familia ad agrum pergens, assignato unicuique opere, laborem Virgini sanctæ assignavit: genibus in terram flexis, et oratione fusa, Dei cooperante gratia, sine manuum adiutorio laboris impositi expletionem impetravit *d*.

monasterio,
postquam re-
gularem dis-
ciplinam addi-
cisset, profici-
tur.

3 Erkenwaldus vero germanus suus postea Londinensis *e* episcopus de patrimonio suo amplissimo duo construxit monasteria: unum sibi in loco, qui dicitur Certesia *f*, ubi ipse pater monachorum conversatione sanctissima extitit insignis: alterum vero monasterium monialium construxit apud Berkingum, cui sororem suam, virginem Deo devotam, præfecit Ethelburgam. In opere enim inventa est trabs una operi admodum necessaria cæteris brevior et ideo fabrica minus apta; sanctus ergo Erkenwaldus et Soror ejus aridam trabem inter manus suas arripentes, quo usque cæteris aquaretur, ipsam in longum traxerunt *g*. Constructo itaque apud Berkingum monasterio, cum sancta Ethelburga habitum monachalem suscipere decrevisset, cumque in Anglia nullum monialium monasterium fundatum esset, sanctus Erkenwaldus regularibus disciplinis eruditam virginem, nomine Hildelitham *h*, de partibus transmarinis accersivit, cui tradidit sororem suam Ethelburgam moribus imbuendam. Quæ in brevi omnes sorores sanctitate et moribus transcendens, congregatis multis sororibus, Abbatissa et Mater omnium effecta est. Carnem subiecit spiritui; jejunii, vigiliis et orationibus die noctaque Deo servire studuit, omnia terrena velut caduca et frivola judicavit, seculum contempsit, sororibus incessanter prædicavit, et omnem vanitatem mundi abhorreere docuit.

Sanctimoniali-
bus, locus pes-
te interemptis
sepelendis, di-
vinitus indica-
tur.

4 Summus tandem Arbiter vibrans gladium, tendens arcum, tenens falcem acutam examinabat, quos ad se colligeret. Ecce tempestas mortalitatis late vastans omnia, et terrena dependia cæli faciens lucra, sacerdotes et ministros monasterii beatæ Ethelburgæ passim abstulit a mundo, et terror maximus totum collegium concussit. Quantis tunc hortamentis Virgo sancta sorores instruxit; ut fide non ficta ornarent lampades suas et tota vigilantia orationum omniumque operum bonorum in occursum

Domini paratæ essent. Dulce enim sane habebat post matutinas laudes et vigiliam non ab lectulos *i*, sed ad sepulcra sororum et fratrum choros ducere, et defunctorum animas orationibus Deo commendare. Hac illis devotione quadam nocte ibidem more solito psallentibus, ecce repente admirabilis claritas super eam cælitus effusa, more ingentis linthei late omnes operuit, et tanto eas stupore percudit, ut canticum, quod canebant, tremefactæ intermitterent. Ipse autem splendor emissæ lucis, in cuius comparatione sol meridianus videri posset obscurus, non multo post de loco illo elevatus in meridianam monasterii partem secessit, et aliquamdiu loca illa operiens, cunctis videntibus ad cæli se alta subduxit, ut nulli esset dubium, quin ipsa lux, quæ animas famularum Christi esset ductura in cælis, etiam corporibus earum locum, in quo diem resurrectionis essent expectaturæ, monstraret. Cujus radius lucis tantus erat, ut frater quidam senior, in oratorio positus, vidit * radios lucis per rimas ostiorum et fenestrarum omnem diurni luminis superare fulgorem *k*.

5 Quendam virginem monasterii sui pestis sæva percussit, et medio noctis tempore ardentibus candelis ministri servabant moribundam. Cumque illa majori luce, quam mortalis aspectus caperet, confortata esset, et zelo illius visionis accensa, crebro clamore oravit, ut istam mortalem lucernam velut inutilem extinguerent. At illis, qui nil præter lucem materialem erant videntes, dictis puellæ non credentibus illa subjunxit: Numquid, obsecro, non aspicitis, quantus splendor hic affulgeat? Tanta enim claritate hanc domum video coruscare, ut hæc vestra candela videatur penitus deficere. Referbat enim, quemdam Dei famulum, qui eodem anno obierat, sibi apparuisse, atque illucescente diluculo suum transitum ad supernam lucem sibi nunciasse, et factum est ita *l*.

6 Erat autem in ejus monasterio virgo quædam, nomine Torgitha *m*, ardentissima virtutum æmulatrix, per multos annos Domino serviens in timore et humilitate, junioribus studuit prodesse tam documento quam exemplo, exhortando, obsecrando et corripiendo. Hæc tandem per novem annos velut aurum in fornace ægritudinis decocta, ut virtus in infirmitate perficeretur, et sanitatis offensas vel negligentias morbi medicina expiaret et tribulatio extollentiam reprimeret et patientia coronam auget. Hæc enim quodam noctis crepusculo egressa de cubiculo vidit subito humani corporis formam omni solis jubare splendidiorem a dormitorio sororum in ardua offerri. Lucebat ipso nitore siderea via et late coruscantibus radiis clarum dabat intuenti spectaculum. Interea apparuerunt cordæ omni luce clariores in cælum tendentes, quibus eadem gloriosa species trahebatur. Nec multo post beata Ethelburga ad cælestia regna migrans, præmonstratæ imaginis spectacula sui transitus indicia fuisse, ostendit.

7 Virgo autem Sancta ad extrema perveniens plangentes sorores et ejulantes consolata est dicens: nolite flere filiæ meæ dilectissimæ; sed potius mecum gaudete et gratias Deo agite et vocantem nos ad suam misericordiam tota devotione sequamur et toto corde. Fratres nostri et sorores abierte, immo nos præcessere, ploremus potius nos illis, quam illos nobis abesse, qui

D

* I videri

k
Cuidam moni-
ali mortis suæ
opus revela-
tur.

l
S. Ethelburgo,
cujus futuræ
mortis indicia
divinitus data
fuerant.

m

F

ppe moritur, et
elapsis

A qui ad beata secula migravere. Vosque mecum feliciter optetis, ire ad illa gaudia, quam me vobiscum detineri in hac ærumna. Præveniamus faciem Domini in confessione, et jugiter ardentibus supernorum desideriorum lampadibus simul paratæ venienti occurrere. Talia quam plurima suggerendo, virgo sancta erectis ad cælum manibus animam creatori suo reddidit.

iris annis S. Theorigidam ad cælos invitat.

8 Præfata vero Torgitha triennio sanctæ Ethelburgæ supervixit : et præfatus languor illam ita exhaustus, ut consumptis carnibus ossa pelli adhærere vel resolvi viderentur. Et ecce adest ei sancta Ethelburga de superna habitatione splendida invitans anhelantem ad sua convivia. Quæ cum magna mentis jubilatione gratias agens Deo, spiritum emisit.

AS. Ethelburgæ monasterio Danorum exercitus,

B 9 Regnante Ethelredo rege, Danorum exercitus Angliam intrans, cæde et incendio omnia consumens ad depopulandum monasterium sanctæ Ethelburgæ venit. Approximantes autem locum sacrum, prospiciunt immanem lupum præ foribus ecclesiæ vice janitoris excubantem, qui velut contra tot pecudes subito insiluit immanique rictu ac dentibus infrendens procul omnes absterruit, nec rebellare ausos fugam ire coegit. Quærunt tutiores aditus, sed ab alio ostio acrius ursus propugnator exturbat. Tertium post hæc ingressum tentantibus resistit leo vastissimus, arcetque longe rugitu et impetu efferatus. Per bestias tandem a bestiali feritate correpti et intelligentes se divinitus extrudi, Sanctos loci orant, se cum pace admitti. Et cum illi ingrederentur, pacis cultoribus ferè ingressum præbuerunt : et oblati donis copiosis et iterum egressis, bestię nusquam comparuerunt n.

n et paganorum turba arcetur,

10 Alio tempore cum turba paganorum in monasterium sanctæ Virginis irruere niteretur, quidam scalam ascendens profusus de alto cecidit, et fractis membris velut cadaver exanimis jacuit. Hoc socii videntes ad sepulcrum sanctæ Virginis defunctum deferunt, et sibi veniam et mortuo vitam flebiliter implorant. Nec mora ; resuscitato mortuo, abdicata idololatria baptismum et fidem susceperunt Christi. Inundantes iterum Dani, et ut fluvius sine obice effusi et omnia se armis cepisse rati, ecclesiam sanctæ Ethelburgæ et tumbam confringere aggrediuntur. Et ecce continuo divina percussu indignatione ; alii rabie, alii cæcitate, reliqui diversis cladibus sunt percussi. Hoc terrore compuncti, fuis præcibus, meritis sanctæ Virginis optatam sanitatem et temeritatis suæ veniam consecuti, læti recesserunt.

C 11 Mulieres tres cæcitate percussæ ad monasterium sanctæ Virginis accedentes meritis ejus salutem sibi dari implorabant. Quarum una per S. Ethelburgam, altera per sanctam Hildelitham, tertia per sanctam Wulfildam o, erumpente ex oculis cruore, amissam oculorum lucem recuperarunt. Viri duo fereis vinculis p et usque in medium templi visibiliter excussis, læti ad sua Deum laudantes redierunt.

o

12 Mulieres tres cæcitate percussæ ad monasterium sanctæ Virginis accedentes meritis ejus salutem sibi dari implorabant. Quarum una per S. Ethelburgam, altera per sanctam Hildelitham, tertia per sanctam Wulfildam o, erumpente ex oculis cruore, amissam oculorum lucem recuperarunt. Viri duo fereis vinculis p et usque in medium templi visibiliter excussis, læti ad sua Deum laudantes redierunt.

p

13 Mulieres tres cæcitate percussæ ad monasterium sanctæ Virginis accedentes meritis ejus salutem sibi dari implorabant. Quarum una per S. Ethelburgam, altera per sanctam Hildelitham, tertia per sanctam Wulfildam o, erumpente ex oculis cruore, amissam oculorum lucem recuperarunt. Viri duo fereis vinculis p et usque in medium templi visibiliter excussis, læti ad sua Deum laudantes redierunt.

Sancta eisdem diei loci abbatisse gloriosa apparet.

14 Mulieres tres cæcitate percussæ ad monasterium sanctæ Virginis accedentes meritis ejus salutem sibi dari implorabant. Quarum una per S. Ethelburgam, altera per sanctam Hildelitham, tertia per sanctam Wulfildam o, erumpente ex oculis cruore, amissam oculorum lucem recuperarunt. Viri duo fereis vinculis p et usque in medium templi visibiliter excussis, læti ad sua Deum laudantes redierunt.

15 Mulieres tres cæcitate percussæ ad monasterium sanctæ Virginis accedentes meritis ejus salutem sibi dari implorabant. Quarum una per S. Ethelburgam, altera per sanctam Hildelitham, tertia per sanctam Wulfildam o, erumpente ex oculis cruore, amissam oculorum lucem recuperarunt. Viri duo fereis vinculis p et usque in medium templi visibiliter excussis, læti ad sua Deum laudantes redierunt.

sinistris. Deinde apparuit ipsa tumba aperta, et gloriosa virgo adjacere visa est candidissimo lintheo obvoluta, et in capite ejus ferens aureum diadema. Et ait Wulfruna : accipe a pedibus hujus sub dependente lintheo litteras, quas inveneris, et lege. Paruit illa et sigillum sustulit litteris ita inscriptum : Regnat Ethelburga cum Christo. Et soluto sigillo, hujusmodi seriem aureis litteris totam inscriptam respexit : In tribulatione, in angustiis, in necessitatibus, in multa patientia, in longanimitate, in jejuniis, in vigiliis, in charitate, in castitate, per arma justitiæ a dextris, et a sinistris, et libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi q. Cumque talia et plura virtutum instrumenta perlegisset, Wulfruna ita subintulit : Hæ sunt virtutes, quibus beata Ethelburga ad hanc gloriæ excellentiam, qua nunc præeminet, ascendit. Quasi diceret, quæsisisti ejus vitam, ista est, imitare cum patientia. Obiit autem virgo sancta Ethelburga quinta Idus Octobris circa annum Domini sexcentessimum septuagesimum sextum. E

ANNOTATA.

a Lindeseia, vulgo Lindsey, apud Bedam Lindissum (ab urbe primaria sic nominata, quæ hodie Lincolnia vocatur) maxima est, teste Camdeno, Comitatus Lincolnensis pars, quæ ab aliis duabus dicti comitatus partibus Hoilandia scilicet et Kestevena Withama fluvio sejungitur.

b Sanctam nostram, ipsiusque fratrem S. Erconwaldum genere ortos regio communis scriptorum consensus est, at magna interim discordia, de patre : quem hic auctor, Harpsfeldius, et Martyrologii Anglicani auctor, ut jam in Commentario ad Acta S. Erconvaldi in Opere nostro ad diem 30 Aprilis observatum est, Orientalium Anglorum Regem Offam ; Spedus vero et Alfordus eorundem populorum Regem Annam esse volunt. Quæstionem, inquit in dicto Commentario Papebrochius, quia patrocinium a conjectura potissimum habet, in medio nos relinquimus. Quod et nos etiam hic facimus, lectorem solummodo de scriptorum inter se discrepantia monuisse, F contenti.

c De hac Sanctæ nostræ fuga (silente Beda) in S. Erconvaldi Actis, in Opere nostro citato statim loco editis, etiam mentio habetur.

d Istius fontis sicut et laboris a Sancta sine manuum adiutorio persoluti nulla apud laudatos statim auctores fit mentio.

e Londinensem episcopum S. Erconwaldum a S. Theodoro, archiepiscopo Cantuariensi, anno 875 fuisse consecratum, passim scriptores ferunt.

f Cherteseya seu Certeseia locus est juxta Tamesim in Insula Surreia.

g Id prodigium, de quo altum silet Beda, Actorum S. Erconvaldi auctor etiam commemorat.

h De hac Sancta, quæ in Berchingensis cœnobii præfecturam S. Ethelburgæ successit, in nostro Opere ad diem 24 Martii actum est.

i Per hanc vocem puto hic intelligi stalla, in quibus religiosi et canonici tempore, quo horas canonicas in choro persolvunt, sedere vel stare solent.

Ex J. CAPRA-
vio.

k *Factum illud iisdem fere verbis venerabilis Bedae lib. 4, cap. 7 etiam refert.*

l *Rem hanc venerabilis Historicus sic narrat: Quaedam ex eisdem ancillis Dei cum praefato tacta morbo, atque ad extrema esset perducta, cepit subito circa mediam noctem clamare his, qui sibi ministrabant, petens ut lucernam, quae inibi accensa erat, extinguerent. Quod cum frequenti voce repeteret, nec tamen ei aliquis obtemperaret, ad extremum intulit: scio quod me haec insana mente loqui arbitrari, sed jam nunc non ita esse cognoscite. Nam vere dico vobis, quod domum hanc tanta luce impletam esse perspicio, ut vestra illa lucerna mihi omnibus modis esse videatur obscura. Et quum ne adhuc quidem illi talia loquenti quisdam responderet, vel assensum praerberet, iterum dixit, accendite ergo lucernam illam quamdiu vultis. Attamen scitote, quia non est mea lux: nam mea lux, incipiente aurora mihi adventura est. Coepitque narrare quia apparue-*

rit sibi vir Dei quidam, qui eodem anno fuerat defunctus, dicens, quod adveniente diluculo perennem esset exitura ad lucem. Cujus veritas visionis ita circa exortum diei puellae morte probata est.

m *De S. Theoritgida seu Torgitha in nostro Opere ad diem 26 Januarii, quo colitur, actum est.*

n *De hac, et quae numero sequenti refertur, Danorum incursione silet Beda, nec mirum, cum haec Angliae per Danos vastationes anno 793, quo tempore venerabilis scriptor haud amplius in vivis erat, utpote qui anno 734 ex hac vita migrarat, primum contigisse scriptores tradant.*

o *De hac Sancta in nostro Opere ad diem 9 Septembris, quo colitur, actum est.*

p *Pro his vinculis consule in nostro Opere ad diem 1 Octobris Annotata in S. Bavonis Miracula pag. 303 lit. f.*

q *Epistola B. Pauli ad Corinthios 2, cap. 6.*

B

DE S. ANSILIONE MON. CONF.

E

LATINIACI IN DIOECESI PARISENSI

C. E.

SYLLOGE

E Martyrologio Parisiensi et aliis Fastis sacris.

SUB SEC. VII FINEM
Latiniaci, cuius hic datur notitia, monachum egisse Sanctus

Latiniacum, qui locus in pagno Briegio ad Matronam fluvium sex supra Lutetiam Parisiorum leucis positus erat, Erchinoaldus, majordomus in Gallia seu, ut etiam vocatur, Francorum patricius S. Furseo, seculo VII media sui parte nondum elapso, concessit, hucque ibidem, uti ex Opere nostro ad XVI, quo S. Furseus colitur, Januarii diem et a Gallia Christ. aucta tom. 7, col. 490 intelligitur, monasterium, quod hodieque a loco illo Latiniacum nuncupatur, extruxit. In sacro isthoc asceterio, quod et oppidum homonymum sibi habet adjectum, et ad dioecesim Parisiensem Ordinemque S. Benedicti modo spectat, monachum primo ac dein etiam Priorem egisse existimatur, de quo hic nobis agendum, S. Ansilio, aut, ut etiam appellatus invenitur, Ansilo seu Ansilio. Ita scilicet opinari me facit Parisiense, quod anno 1727 typis Parisiensibus prodit, Martyrologium, utpote hodie nostrum istum sanctum sequentibus hisce annuntians verbis: Apud Latiniacum S. Ansilionis, illius cenobii monachi et postea Prioris. Nullum quidem, quo vel utcumque, quae annuntiatio isthaec insinuat, confirmari queant, monumentum antiquum inventio; verum nullum etiam, quo convellantur, occurrit.

in Mrl. Parisiensi, nec, ut apparet,

Adhuc, cum ii, qui Martyrologium Parisiense condidere, Latiniaco certe haud procul abfuerint facileque adeo in res, ad Ansilionem spectantes, inquirere potuerint verosimillime, quae de hoc in modo huc transcripta annuntiatione produnt, e sinceris probisque notitiis, a monasterio illo sibi ministratis, didicerint, cum autem sic habeat,

est sane, cur a nobis Ansilio Latiniaci primo monachum ac dein Priorem etiam egisse, imo et sub seculo VII finem, uti insuper Martyrologium Parisiense laudatum, apposita in margine notula, indicat, vivere desisses, Martyrologii ejusdem auctoritate ac fide existimetur. Latiniacenses quidem, de S. Ansilione cultuque ejus ac reliquiis sub seculi proxime elapsi finem, Papebrochio nostro curante, interrogati, aliunde hasce ad se, unde sanctum Latiniaci non egisse monachum non nemo forsitan arguat, fuisse aliquando allatas, insinuasce videntur ex iis, quae, ut post videbimus, laudatus Papebrochius ad secundam Junii diem in Praetermissis de S. Ansilione aliisque aliquot Sanctis loquens, scribit: verum cum chartas, quae, quid credendum de S. Ansilionis reliquiis esset, docere potuissent, fuisse simul cum hisce a Calvinistis ecostas, addiderint illas adeo legere haud poterint, dubitari non immerito potest, an probe, quid in iisdem contineretur, habuerint perspectum ac proin an de S. Ansilionis reliquiis insinuando, quod dixi, a veritate haud aberrarint.

Saussayus quidem de Ansilione iisdemque, de quibus loco mox cit. Papebrochius, Sanctis in Martyrologio suo Gallicano ad secundam Junii diem sequentibus hisce verbis, In Latiniacensi cenobio agri Parisiensis susceptio sanctarum reliquiarum unius sanctorum Innocentium et beatorum confessorum Deodati episcopi, Maldegarii, Fulberti, Ansilionis et Lauberti, sermonem instituit, sicque et ipsi, Ansilionis seu Ansilionis reliquias Latiniacum fuisse aliunde allatas, insinuat. Verum quae hic

perperam, traditur,